MINERVA
CONIUNCTA CUM DIIS MARINIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI
PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI
CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE
IMPETRANDOS

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

DIE VIII. M. IULII MDCCCLXI

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

BERNHARDUS DOERDELMANN

GUESTPHALUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

EDU. NOLTE, PHIL. D.
GUIL. STUDEMUND, PHIL. ST.
PETR. HENN, PHIL. C.

HALIS SAXONUM

FORMIS HENDELIIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41546028_0060

MINERVA CONIUNCTA CUM DIIS MARINIS.

Constat Minervam praecipuum ac proprium locum suum habere inter deos caelestes, quippe quae apud Homerum et Hesiodum filia summi Iovis sit. Apud hos enim poetas nec propriam habet matrem nec coniugem nec deo alii sociata est quam Iovi quocum apud Homerum Olympum habitat regnumque cum eo in deos hominesque exercet. Sic recte iudicari de Minerva mihi videtur quum spectetur Homerus plurimique poetae qui post eum fuerunt. Homerum quoque secutus est princeps artificum Phidias, is qui optimam perfectamque Minervae speciem arte expressam constituit.

Attamen invenimus in iis, quae a poetis et a mythographis de locis pristini Minervae cultus narrantur multa quibus Minerva refertur etiam inter deos marinos. Cum quibus igitur ex diis marinis Minerva coniuncta sit quamque vim habere hae coniunctiones videantur id exponere mihi propositum est; qua in re facere non poterimus quin attingamus ea, quibus Minerva refertur ad universitatem aquarum.

Ac primum Minerva coniuncta est cum deo Neptuno, cuius dei modo filia apparet, modo in fanis iuxta eum sedem habet modo cum eo certat. Argumenta petemus, ne longi simus, magis e dictis poetarum ac scriptorum quam ex operibus arte factis.

Quod Minervam filiam Neptuni nominatam esse diximus testem habemus Herodotum 4, 180: *τὴν δὲ Ἀθηναίην φασὶ (οἱ Μάχλυες καὶ οἱ Αὐσέες) Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης, καί μιν μεμφθεῖσάν τι τῷ πατρὶ δοῦναι ἑωυτὴν τῷ Διί, τὸν δὲ Δία ἑωυτοῦ μιν ποιήσασθαι θυγατέρα.* Eadem prope refert Pausanias, qui postquam narravit, in templo Vulcani supra Ceramicum posito, Vulcano adstare

Minervam, pergit 1, 14, 5: τὸ δὲ ἄγαλμα ὁρῶν τῆς Ἀθηνᾶς γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμούς, Λιβύων τὸν μῦθον ὄντα εὕρισκον· τούτοις γάρ ἐστιν εἰρημένον Ποσειδῶνος καὶ λίμνης Τριτωνίδος θυγατέρα εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο γλαυκοὺς εἶναι ὥσπερ καὶ τῷ Ποσειδῶνι τοὺς ὀφθαλμούς. Quae quidem verba hausta esse videntur e loco antecedenti Herodoti. Quo igitur iure Miverva dici possit filia Neptuni id dependet eo, num opiniones Graecorum de Neptuno deo antiquiores sint quam de Iove, quam quaestionem usque ad finem partis sequentis „Minerva in fanis iuxta Neptunum sedem habens“ differam.

Atque ut in hac parte ab antiquissimis testibus incipiamus, dicta aliquot poetarum afferemus, in quibus Minerva et Neptunus easdem partes suscipiunt. In Iliade 1, 399 legimus:

ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη·
ἀλλὰ σὺ τόνγ' ἐλθοῦσα θεά, ὑπολύσαο δεσμῶν·
ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί.

Qua in narratione Achillis ad matrem suam Thetidem Iupiter sua potentia ac calliditate imperium in ceteros deos usurpatum habet quod ei concedere hi nolunt. Neptunus facit etiam cum Minerva, non ut mihi videtur quod inimicus est Troianis, sed quod Iove obtemperare non vult in Iliade 15, 213 dicens de Iove:

αἴ κεν ἄνευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης ἀγελείης,
Ἥρης Ἑρμείω τε καὶ Ἡφαίστοιο ἄνακτος
Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται.

Quos versus Immanuel Bekkerus, Wolfius et critici antiqui eiecerunt, quod versu 211 dixerit: ἀλλ' ἤτοι νῦν μέν γε νεμεσσηθεὶς ὑποείξω. Quamquam negari non potest, qui diligenter ratiocinatur ei sententias „cedo et non cedo“ uno versu tantum diremtas probari non posse, tamen opinor, multa in poetis et maxime in poetis epicis ad amussim non pendenda esse; hi poetae composuerunt, quae tradita erant, et ita ut tradita erant.

Ac nunc testes alios audiamus magis accommodatos ad id quod demonstrare volumus, Pindarum, Aeschylum, Sophoclem. Apud Pindarum, in carmine Olympico 13 inde a versu 63 Bellerophonti Corinthio frena ad domandum Pegasum Minerva tradit et pergit versu 79:

ἐνυπνίῳ δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι
κελήσατό μιν, ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
καρταίποδ' ἀνερύῃ Γεαόχῳ·
θέμεν Ἱππίᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.

Minerva hic Bellerophontem Pegasum domare docens, habet cognomentum Hippiae, quod a Neptuno acceptum habere videtur, ad eum enim praeter ceteros equus pertinebat, quod paulo post demonstrabimus. Apud Aeschylum in Septem ad Thebas invocatur Miverva cum Neptuno versu 120 a choro his verbis:

σύ τ', ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος,
ῥυσίπολις γενοῦ, Παλλάς, ὅ θ' ἵππιος
ποντομέδων ἄναξ
ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδᾶν
ἐπίλυσιν φόβων ἐπίλυσιν δίδου.

Apud Sophoclem in Oed. Col. 704 legimus:

ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν κύκλος
λεύσσει νιν Μορίου Διὸς
χᾀ γλαυκῶπις Ἀθάνα

et porro

ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον,
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος εἰπεῖν, χθονὸς αὔχημα μέγιστον
εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον·
ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς
τόδε εἶσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν.

Quo loco quidem Minerva magis sociata videtur Iovi, quod stropha cum laude Minervae finitur, sed laudes Neptuni proximam antistropham statim excipiunt. Alium testem habemus Aristophanem, Equit. 559:

δεῦρ' ἐλθ' ἐς χορόν, ὦ χρυσοτρίαιν' ὦ
δελφίνων μεδέων, Σουνιάρατε.

In hoc promontorio Neptunum et Minervam templum habuisse notum est.

Nec minus a rerum scriptoribus de Minerva et Neptuno in fanis coniunctis multa afferuntur. Testis est Herodotus, qui IV, 188 de Libybus dicit: *λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Λίβυες .... θύουσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι, τούτοισιν*

μέν νυν πάντες Λίβυες θύουσι, ἀτὰρ οἱ περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην νέμοντες τῇ Ἀθηναίῃ μάλιστα μετὰ δὲ τῷ Τρίτωνι καὶ τῷ Ποσειδέωνι. Quod attinet ad illam quaestionem, num cultus Minervae a Boeotia in has colonias propagatus sit quod putat O. MUELLERUS in „Pallas Athene §. 49," an quod PRELLERUS dicit „mythologia graeca p. 338 mihi videtur assentiendum esse opinioni Prelleri, diiudicari non posse quam recte Herodotus originem cultus Neptuni Libycam dicat. Alter locus Herodoti ad hanc rem pertinens est 2, 40, sed redeamus ad rem. Apud Pausaniam 1, 30, 4 legimus: *δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα· διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν· καὶ βωμὸς Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς Ἱππίας* et 1, 37, 1: *Λακίου τέμενός ἐστιν* (in via quae Athenis Eleusinem ducit) *ἥρωος· ἔστι δὲ καὶ Ζεφύρου τε βωμὸς καὶ Δήμητρος ἱερὸν καὶ τῆς παιδός· σύν δέ σφισιν Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἔχουσι τιμάς.* Sequitur locus alter Pausaniae 2, 4, 1 qui spectat ad locum Pindari supra laudatum: *τοῦ μνήματος δέ ἐστιν οὐ πόρρω Χαλινίτιδος Ἀθηνᾶς ἱερόν· Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασί, καὶ ὡς τὸν Πήγασόν οἱ παραδοίη χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτὴ τῷ ἵππῳ χαλινόν.* Hoc differt Pausanias a Pindaro, quod Neptuni mentionem non facit; quod tamen excusationem habet, videtur enim cultus Neptuni ab antiquis temporibus in dies magis evanuisse Minervae autem crevisse. Narrant enim quod infra afferemus Neptunum cum aliis deis ut Iove Iunone Apolline Dionyso Helio de terrae possessione contendisse iisque concedere eas coactum esse. Aliam Minervam Hippiam Pausanias memorat in Tegea Arcadica 8, 47, 1 *τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν Τεγέᾳ τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐκομίσθη μὲν ἐκ δήμου τοῦ Μανθουρέων, Ἱππία δὲ παρὰ τοῖς Μανθουρεῦσιν εἶχεν ἐπίκλησιν, ὅτι τῷ ἐκείνων λόγῳ γινομένης τοῖς θεοῖς πρὸς Γίγαντας μάχης, ἐπήλασεν Ἐγκελλάδῳ ἵππων τὸ ἅρμα.* Pausanias hoc ipso *τῷ ἐκείνων λόγῳ* significat se hanc derivationem nominis Hippiae non comprobare ...

Quod ad priscam Neptuni naturam pertinet, verisimile WELCKERO videtur, eum initio deum tantum flumina et mare accolentium fuisse ac postquam inceperunt mare pernavigare nomen eius quoque in id translatum esse. Hoc probatur eo quod Hippius appellatus est, sive propter similitudinem equi currentis et undarum naviumque mare percurrentium, sive

quod in vicinitate maris et fluminum pascua esse solent ibique equi aluntur. Apud Lesbios fabulabantur ut Welckerus affert in Myth. sua equos Neptunios in profundo mari ab Eualo pasci.

Nomen Hippium, si cui deo vel deae datur, respicere mihi semper videtur aut ad Neptunum aut ad agones equestres. Huic documento afferam locum Pausaniae 5, 14, 4 ubi Neptunus Hippius Iunoni Hippiae, Mars Hippius Minervae Hippiae respondet: *ἐν μὲν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀφέσεως κατὰ μέσον που μάλιστα Ποσειδῶνος Ἱππίου καὶ Ἥρας εἰσὶν Ἱππίας βωμοί, πρὸς δὲ τῷ κίονι Διοσκούρων τῆς δὲ πρὸς τὸν ἔμβολον καλούμενον ἐσόδου τῇ μὲν Ἄρεως Ἱππίου, τῇ δὲ Ἀθηνᾶς Ἱππίας βωμός.* Non mirandum est, hoc loco diversissimos deos deasque consociatas inveniri, id inde explicatur, quod Olympia aris et statuis omnium deorum referta erat.

Habentes cognomentum *Ἀγοραῖοι* Neptunus et Minerva coniuncti sunt in Sparta urbe, Pausania 3, 11, 8 auctore, qui narrat haud procul a foro Spartiatarum esse complura fana: *τούτων δὲ οὐ πόρρω Γῆς ἱερὸν καὶ Διός ἐστιν Ἀγοραίου, τὸ δὲ Ἀθηνᾶς Ἀγοραίας καὶ Ποσειδῶνος ὃν ὀνομάζουσιν Ἀσφάλιον.* Porro non aliena a Neptuno Minerva illa videtur, quae *Ἱππολαΐτις* appellatur, praesertim quum in eodem promontorio Taenaro, ubi Neptunus, templum habebat; de hac Minerva Pausanias 3, 25, 6 commemorat: *ἐντεῦθεν ἀποσχόντι τριάκοντα σταδίους Θυρίδες ἄκρα Ταινάρου καὶ πόλεως ἐρείπια Ἱππόλας ἐστιν, ἐν δὲ αὐτοῖς Ἀθηνᾶς ἱερὸν Ἱππολαΐτιδος.* Nomen Hippolaitidis referimus ad illa tempora quum praedones terra marique multum praedabantur; praedas agere non contemptui erat ideoque licebat deam patronam huius negotii habere. Reversi ad Olympiam eandem Minervam invenimus 5, 14, 5 *θύουσι δὲ (οἱ Ἠλεῖοι ἐν Ὀλυμπίᾳ) Ἑστίᾳ μὲν πρώτῃ, δευτέρῳ δὲ τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ ..... τέταρτα καὶ πέμπτα Ἀρτέμιδι θύουσι καὶ Ληίτιδι Ἀθηνᾷ ..... ἔστι δὲ Ἀθηνᾶς καὶ ἄλλος βωμὸς πλήσιον τοῦ ναοῦ καὶ Ἀρτέμιδος παρ' αὐτὸν τετράγωνος.* Harpocratio etiam nominat Minervam quandam Hippiam cuius pater Iupiter, mater Coryphe Oceani filia sit.

Propinqua Neptuno etiam Minerva videtur, quam vocant Itoniam. Legimus apud Srabonem IX, p. 411 *ἡ μὲν οὖν Κορώνεια ἐγγὺς τοῦ Ἑλικῶνός ἐστιν ἐφ' ὕψους ἱδρυμένη,*

μετελάβοντο δ'αὐτὴν ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἄρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωικά, ὅτε περ καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἔσχον· κρατήσαντες δὲ τῆς Κορωνείας ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ. Quod ad nomen Ἄρνη pertinet, assumptum est ab Arne, Aeoli matre, habuerunt id nomen quoque Onchestus et Thebae. His autem omnibus urbibus Neptunus maxime colebatur; Orchomenos Boeoticus, colonia Minyum Iolciacorum, Neptunia urbs fuit.

Ab his locis, ut censet O. MÜLLERUS, cultum Neptuni et fortasse etiam Minervae ad Theram, Lemnum Cyrenen transtulerunt. Sed complures testes sunt Minervam cultumque eius non a Minyibus sed a Cadmo quum a Phoenice Thebas migraret Theram in insulam translatum esse. Refellitur MÜLLERI opinio, quod legimus apud Schol. Pind. Pyth. 4, 11: ἱερὰν νᾶσον] εἶπε τὴν Θήραν, . . . ὅτι Κάδμος ἐπιβαλὼν καὶ τὴν νῆσον οἰκίσας βωμοὺς ἱδρύσατο Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς vel apud Theophr.: ὅτε Κάδμος κατὰ ζήτησιν Εὐρώπης στελλόμενος προσορμισθεὶς τῇ νήσῳ ἀνέκτισε Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν αὐτόθι; cfr. BOECKH Inschr. in Thera, Berl. Akad. 1836, S. 48. Notabile est quod porro Strabo narrat 9, 411: ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν, συγκαθίδρυται δὲ τῇ Ἀθηνᾷ ὁ Ἅιδης κατά τινα ὥς φασι μυστικὴν αἰτίαν. Quod narrat Coroneae concilia Boeotorum habita esse, declarat eam Itoniam nomen esse antiquissimum, quo originis suae meminissent. Idem fere quod Strabo testatur Pausanias 9, 34, 1: πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστι τὸ ἱερόν· καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος, καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ σύλλογον et 3, 9, 7 καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. Offendit, Plutonem esse nominatum Minervae assidentem, sed Pausanias 9, 34, 1 hunc assidentem Iovem, id est, Iovem chthonicum appellat. Gerhardus in libro suo „über Ursprung, Wesen und Geltung des Poseidon. Berlin 1851. Anm. 91[d] locos affert, ubi Neptunus idem ac Pluto sit. Sunt Ποσειδῶν Ἀδωναῖος, Ἐπακμόνιος, Χαμαίζηλος; apud Hesiodum Theog. 732 Neptunus ianitor Tartari, Ilias XX, 57 tonitruat sub terra, secundum Apollod. 1, 4, 3 Vulcanus et Orion sub terra domum ei aedificaverant, secundum Pausaniam 10, 5, 3 cum Gaea coniunctus Delphis ora-

cula edit. Urbs nomine Itanos erat quoque in Creta ut narrat Herodotus, 4, 151 *περιπλανώμενοι (οἱ Θηραῖοι) δὲ αὐτὴν (Κρήτην) οὗτοι ἀπίκοντο καὶ ἐς Ἴτανον πόλιν.* His argumentis adducti tantum certe confirmemus, Minervam Itoniam ad Neptunum referri debere. Sed missam facimus Itoniam.

Nec tamen praetermittendum videtur, quod Neptuno negotium est cum Medusa et Aethra. Hesiodus Theog. 270 dicit:

> *Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρήους .....*
> *Γοργούς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο*
> *ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι*
> *Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.*
> *ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρω*
> *αἱ δύο· τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο Κυανοχαίτης*
> *ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.*

Si quidem Palaephatum audire vellemus, is nimirum dicit Medusam fuisse Minervam fab. 32 *ὡς ὁ Φόρκυν εἶχε θυγατέρας τρεῖς* ... in quibus Gorgo, cui Perseus caput praecidit, *οἱ δὲ Κερναῖοι (Κυρηναῖοι) κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες· οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κέρνην. Οὗτος ὁ Φόρκυν ..... ποιεῖ δὲ τετράπηχυ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χρυσοῦν. Καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν Κερναῖοι Γοργώ, ὥςπερ τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδειαν Κρῆτες δὲ Δίκτυνναν.*

Ovidius in Metam 4, 795 fabulatur de Gorgone Medusa:

> nec in tota conspectior ulla capillis
> pars fuit. Inveni, qui se vidisse referrent.
> Hanc Pelagi rector templo vitiasse Minervae
> dicitur. Aversa est et castos aegide vultus
> nata Iovis texit: neve hoc impune fuisset.
> Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.

Similia afferunt Proclus in hymno in Minervam 24; WELCKERUS Trilogia Aeschylea pag. 381. De Aethra Troezenia quae quasi Attica Aglaurus est legimus apud Paus. 2, 33, 1: *τούτῳ δὲ (Σφαίρῳ) κατὰ δή τι ἐξ Ἀθηνᾶς ὄνειρον κομίζουσα Αἴθρα χοὰς διέβαινεν ἐς τὴν νῆσον (Σφαιρίαν), διαβάσῃ δὲ ἐνταῦθα λέγεται Ποσειδῶνα μιχθῆναι· ἱδρύσατο μὲν διὰ τοῦτο Αἴθρα ναὸν ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς Ἀπατουρίας.*

Conferamus ad hoc Hyginum fab. 37, Neptunus et Aegeus Pandionis filius in fano Minervae cum Aethra Pithei

filia una nocte concubuerunt. Neptunus quod ex ea natum esset, Aegeo concessit. At nemo utique confirmabit, Aethram esse Minervam; sed Aethram cum Minerva facile confundi potuisse, propterea quod, si ex naturis interpretamur utramque, *Αἴθρα* et *Ἀθήνη*, *Αἰθήνη*, non multum differunt. Quocum putat WELCKERUS cohaerere, quod Proclus loco supra laudato Neptunum loco Vulcani Palladis concupiscentem facit. O. MUELLERUS „Pallas Athene §. 64" censet, esse has fabulas relictas ex mythis antiquissimis, ubi Minerva coniugium cum Neptuno statuisset.

Venio nunc ad id quod initio huius commentationis usque in hunc locum distuli, Iupiter an Neptunus antiquior deus Graecorum sit. Atque ut a gravissimo dignissimoque propugnatore Iovis WELCKERO exordiamur, locum ex Mythologia eius pag. 142 afferemus: der Name Kronion, dies sei erlaubt zu wiederholen, ist so alt als für uns im griechischen Alterthume irgend etwas ist, und er im Verband mit *θεός* und *Ζεύς* reicht hin, um den geistigen Horizont desselben, die bei der Einwanderung ihm eigne Gottesidee zu bestimmen; das Tiefste aus der griechischen Vorzeit ist in diesen Namen erhalten. Quod magnifice dictum WELCKERI ita definiam, ut Iovem potius novissimum deum maximum nuncupem, ultra quem Hellenes in diis summis fingendis longius progressi non sunt. Iupiter summus deus est Hellenum iam in unam rem coalescentium. Ut altero enuntiato, E. GERHARDI, utamur, est in libro eius de Neptuno iam supra laudato pag. 21: „was wir von Poseidon ausgehend dargethan haben, so sind auch alle übrigen Götter der olympischen Zwölfzahl in der That nur verschieden entwickelte Namen und Auffassungen eines und desselben am liebsten als Zeus benannten pelasgischen höchsten Gottes." Adiungamus tertium, quod O. MUELLERUS dicit in libro suo „Handbuch der Archäologie der Kunst" p. 512, 2: alte symbolische Vorstellungen deuteten den Zeus als einen zugleich in drei Reichen, im Himmel, auf Erden und unter der Erde waltenden Gott; seine Kunstform erhielt Zeus nicht als Naturgott, sondern in ethischer Ausbildung als der ebenso huld- wie machtvolle Herrscher und Lenker der Götter- und Menschenwelt. Iupiter tria regna habens est *Ζεὺς τριόφθαλμος* apud Paus. 2, 24, 5 et Triopas, qui inter deos chthonicos maxime colebatur.

Consideremus nunc, quae dicuntur ab Hesiodo et Homero de Iove. In Hesiodi Theogonia Iupiter postremus est Titanum: Quod attinet ad Homerum, negari non potest eum plerumque Iovem maiorem inducere Neptuno, loci ad id pertinentes a WELCKERO in mythologia sua collecti sunt, sed et multi alii sunt loci, quibus Neptunus cum Iove de principatu certat. Neptunus Iovi paret in Iliade 15, 158:

βάσκ' ἴθι Ἶρι ταχεῖα, Ποσειδάωνι, ἄνακτι
πάντα τάδ' ἀγγεῖλαι, μηδὲ ψευδάγγελος εἶναι
παυσόμενόν μιν ἄνωχθι μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
ἔρχεσθαι κατὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν,

Iovi servit 8, 440: *τῷ δε* (*Διὶ*) *καὶ ἵππους μὲν λῦσεν κλυτὸς εἰνοσίγαιος*. In Odyssea 13, 139 Neptunus iratus, quod Ulixes a Phaeacibus Iove probante in Ithacam delatus sit, Iovem increpat, ad quod Iupiter respondet:

τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προςέφη νεφεληγερέτα Ζεύς
ὢ πόποι ἐννοσίγαι', εὐρεσθενές, οἷον ἔειπες.
οὔ τί σ' ἀτιμάζουσι θεοί, χαλεπὸν δέ κεν εἴη
πρεσβύτατον καὶ ἄριστον ἀτιμίῃσιν ἰάλλειν,

Negligendum hic non est, Iovem ipsum Neptunum *πρεσβύτατον* appellare. FAESIUS explicat *πρεσβύτατον* non de aetate intelligendum esse, quod refutetur loco alio Iliadis 13, 355: *ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη* et 4, 59 *καί με πρεσβυτάτην* (*Ἥρην*) *τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης*; sed versum priorem IM. BEKKERUS addubitavit. Iam ut pergamus, Neptunus is est ex diis marinis, qui primus et praecipue artificum operibus corpus humanum apud Graecos accepit, quum Oceanus Nereus id minus; Neptunus remansit e diis fabulosis aquarum, qui eum praecesserant. Quare quae de Oceano narrantur, magna ex parte in Neptunum transferri possunt. Ab Oceano igitur in Iliade 14, 200 omnia originem ducunt, Iuno dicit Veneri:

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν;

14, 246 Somnus dicit Iunoni:

ἄλλον μέν κεν ἐγώ γε θεῶν αἰειγενετάων
ῥεῖα κατευνήσαιμι καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα
Ὠκεανοῦ, ὅςπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται;

21, 195

οὐδὲ βαθυρρείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο
ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.

Quum Iupiter Troiam evertere vult, omnes dii praeter Oceanum ad concilium vocantur, quo facto Iupiter Oceanum antiquissimum testatur. In Hes. Theogonia 486 legimus *Οὐρανίδῃ μέγ' ἄνακτι θεῶν προτέρῳ βασιλῆϊ*; adiunximus hunc locum, ut intelligatur, iam patrem Iovis deorum regem fuisse. Dii Homerici in Olympo suo epulantur et rixantur ut Graeci, praebent imaginem vitae eius quam Graeci beatissimam esse opinati sunt. Dii autem qui certa loca certosque cultus habuerunt aut ab externis gentibus in Graeciam importati et ex similitudine cum vernaculis diis assumpti sunt, aut quod plerumque fit, in patria sua cum hominibus ipsis orti, primum sola reverentia animis obversati tum in templis collocati sunt, postremo ex templis et ex cogitationibus hominum iterum evanuerunt.

Si igitur deos, humana figura exuta, ad naturas physicas referimus, Iovem in aëre, Neptunum in aqua agentem statuere possumus. Invenimus etiam apud primos philosophos Graecorum eandem opinionem, omnia ex aqua originem duxisse. Audiamus Ciceronem de natura deorum 1, 10, 25 enumerantem Graecos philosophos: Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quaesivit, aquam dixit esse initium rerum, deum autem eam mentem quae ex aqua omnia fingeret. Anaximandri autem opinio est, nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque eosque innumerabiles esse mundos. Post Anaximenes aëra deum statuit eumque gigni esseque immensum et infinitum et semper in motu. Si etiam ea quae philosophis visa sunt non pertinent ad nostram rem tamen omnino negligi eorum dicta non debent, hausta enim sunt magna ex parte ex eodem fonte unde hausta facta illa sunt, quae de diis memorantur.

Nec praetermittendus videtur Neptunus quem nominant Erechtheum. Welckerus in Mythologia p. 637 putat ad veteres Erechthidas, qui Iovem et Minervam, Terram, Solem coluissent, cum cultu Apollinis Patroi simul Neptuni cultum venisse. Hac re explicari, quod Neptunus quoque Erechtheus vel Erichthonius nominetur, ut Apollinem sic Minervae filium

alterum institutum ad coagmentandas gentes fuisse. Alii testes sunt Apollodorus 3, 15, 1: *Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος οἱ παῖδες τὰ πατρῷα ἐμερίσαντο, καὶ τὴν μὲν βασιλείαν Ἐρεχθεὺς λαμβάνει, τὴν δὲ ἱερωσύνην τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἐριχθονίου Βούτης* et infra 3, 15, 5: *Ποσειδῶνος δὲ καὶ νῦν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέων παιδῶν ἐβασίλευσεν.* In festo Scirophoriorum Eteobutadae magnam umbellam gestabant, sub qua incedebant sacerdotes Solis Erechthei et illa Athenae Poliadis. Fuit fortasse non ille Neptunus Erechtheus, qui certans de Athenis cum Minerva inducitur, si omnino hae fabulae non sunt inventione recentiori fictae quum Neptuni cultus Athenis desierat. Accedit quod eaedem fabulae etiam de aliis locis narrantur, ut mox afferemus. Invenimus Corp. Inscr. II. n. 2693 et 2700 Iovem Osogum qui apud Strabonem 14, 659 lingua Carica *Ὀσογώ* nuncupatur. Pausanias 8, 10, 3 narrans de Mantinea Arcadica dicit: *Θαλάσσης δὲ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ* (Neptuni) *λόγος ἐστὶν ἀρχαῖος· ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει, καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, ὃν φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ καλοῦσιν Ὀσογῶα.* Eundem Jovem Osogum Theophrastus (apud Athen. II. p. 42 a) et Machon (Athen. VIII. p. 337 c) Zenoposeidonem interpretati sunt. Inscriptio alia in Bullet. d. Inst., a. 1849 p. 187 habet *ΔΙΟΣ ΟΣΟΓΩΑ, ΔΙΟΣ ΖΗΝΟΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ*, cuius secunda pars interpretatio prioris esse videtur. Quare Gerhardus censuit non hunc Neptunum Erechtheum esse qui cum Minerva de terra Attica certat, sed illum Neptunum qui posteriori tempore impetuosus dominus maris animis Graecorum obversabatur. Tali Neptuno similis erat ille qui Aegis et Helicae domicilia habebat.

Huius contentionis testes si quaerimus primum invenimus Herodotum 8, 55: *ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλει τούτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι, λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης μαρτύρια θέσθαι.* Tum Apollodorum 3, 14, 1 *Κέκροψ αὐτόχθων συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος καὶ τὴν γῆν πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. ἐπὶ τούτου, φασίν, ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔμελλον ἔχειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος ἧκεν οὖν*

πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ γῆν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηίδα καλοῦσι· μετὰ δὲ τοῦτον ἧκεν Ἀθηνᾶ καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσείῳ δείκνυται· γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς κριτὰς ἔδωκεν οὐχ ὡς εἶπόν τινες, Κέκροπα καὶ Κραναόν, οὐδὲ Ἐρυσίχθονα, θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα. καὶ τούτων δικαζόντων ἡ χῶρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας. Ποσειδῶν δὲ θυμῷ ὀργισθεὶς τὸ Θριάσιον πέδιον ἐπέκλυσε καὶ τὴν Ἀττικὴν ὕφαλον ἐποίησε. Sapit haec narratio, ut mihi videtur, consilium et studium fabulae in favorem deae Minervae Atheniensiumque interpretandae. Hoc certamen postquam semel ortum est, continuatur etiam inter proles Neptuni et Minervae; legimus enim 3, 14, 2 Κέκροψ ἔσχεν ..... θυγατέρας δὲ Ἄγραυλον Ἕρσην Πάνδροσον. Ἀγραύλου μὲν οὖν καὶ Ἄρεος Ἀλκίππη γίνεται· ταύτην βιαζόμενος Ἁλιρρόθιος ὁ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Εὐρύτης ὑπὸ Ἄρεος φωραθεὶς κτείνεται. Ποσειδῶν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν, Ἄρει, καὶ ἀπολύεται. Porro apud Pausaniam 1, 27, 2 paene eadem legimus! περὶ δὲ τῆς ἐλαίας οὐδὲν ἔχουσιν ἄλλο εἰπεῖν ἢ τῇ θεῷ μαρτύριον γενέσθαι τοῦτο εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπὶ τῇ χώρᾳ· λέγουσι δὲ καὶ τάδε, κατακαυθῆναι μὲν τὴν ἐλαίαν ἡνίκα ὁ Μῆδος τὴν πόλιν ἐνέπρησεν Ἀθηναίοις, κατακαυθεῖσαν δὲ αὐθήμερον ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆναι πήχεις et 1, 24, 3 πεποίηται δὲ καὶ (ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει) τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας Ἀθηνᾶ καὶ κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν. GOD. HERMANNUS in dissertatione sua „Minerva Graeca“ Opuscula 7, p. 273 sic interpretatur hanc contentionem: explicatio facilis, ipsum qui de dominatu Atticae cum deo certaverit Neptunum ei victrici honorem habere. Quemadmodum enim aliis quoque in locis Neptunus contendisse de regno cum diis indigenis dicitur, arrodens litora fluctibus, ita Athenis quoque celebrata fuit eiusmodi contentio, quum praesertim in ipsa arce fons esset aquae marinae, strepens flante Austro. De Troezene quoque Minerva et Neptunus contenderunt; testis est Pausanias 2, 30, 6 οἱ Τροιζήνιοι φασί δ' Ὧρον γενέσθαι σφίσιν ἐν τῇ γῇ πρῶτον ..... ἐπὶ τούτου (Ἀλθήπου) βασιλεύοντος Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα ἀμφισβητῆσαι λέγουσι περὶ τῆς χώρας, ἀμφισβητήσαντας δὲ

ἔχειν ἐν κοινῷ· προστάξαι γὰρ οὕτω Διὰ σφίσιν, καὶ διὰ τοῦτο Ἀθηνᾶν τε σέβουσι Πολιάδα καὶ Στενιάδα ὀνομάζοντες τὴν αὐτὴν, καὶ Ποσειδῶνα Βασιλέα ἐπίκλησιν, καὶ δὴ καὶ νόμισμα αὐτοῖς τὸ ἀρχαῖον ἐπίσημα ἔχει τρίαιναν καὶ Ἀθηνᾶς πρόσωπον. Item de Argolide si cum HEYNIO apud Apollodorum 2, 1, 4 legimus *Ἀθηνᾶς* pro *Ἥρας*, legimus ibidem: *Δαναὸς .... προσχὼν δὲ Ῥόδῳ τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἱδρύσατο· ἐντεῦθεν δὲ ἧκεν εἰς Ἄργος, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ παραδίδωσι Γελάνωρ ὁ τότε βασιλεύων. ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, ἐπειδὴ καὶ τὰς πηγὰς ἐξήρανε Ποσειδῶν μηνίων Ἰνάχῳ διότι τὴν χώραν Ἥρας (Ἀθηνᾶς) ἐμαρτύρησεν εἶναι, τὰς θυγατέρας ὑδρευσομένας ἔπεμψε.* IM. BEKKERUS legit *Ἥρας* quod forte magis probabile videtur quum Iuno praeter ceteros deos in Argolide dominaretur. Sed haec missa faciamus.

Ac secundum Minerva coniuncta est cum Tritone. Afferimus primos Lycophronem et Paulum Silentiarium non ut testes certae fidei sed Lycophronem 886 narrantem Neptunum esse Tritonem et Paul. Silent. apud Suidam s. v. *Τρίτωνος* idem. In mythis antiquissimis Triton repraesentat imaginem aquae strepentis. Apud Hesiodum Theog. 930 filius est Neptuni et Amphitrites:

ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ ἐρικτύπου Ἐννοσιγαίου
Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας ὅςτε θαλάσσης
πυθμέν' ἔχων παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ ἄνακτι
ναίει χρύσεα δῶ, δεινὸς θεός·

Apud Apoll. Rhod. Arg. 4, 1551 Triton deus paludis Tritonidis Libyae:

τοῖσιν δ' αἰζηῷ ἐναλίγκιος ἀντεβόλησεν
Τρίτων εὐρυβίης, γαίης δ' ἀνὰ βῶλον ἀείρας .....
.... δὴ γάρ με πατὴρ ἐπιΐστορα πόντου
θῆκε Ποσειδάων τοῦδ' ἔμμεναι· αὐτὰρ ἀνάσσω
παραλίης.

Fluvii Tritonides inveniuntur in Thracia, Boeotia, Arcadia, Creta, Libya, postea Nilus quoque Triton nominatus est. Quod ad formam nominis Tritoniae i. e. Minervae attinet, variae sunt; *Τριτογένεια* invenitur Il. 4, 515; 22, 183; Od. 3, 378; Theog. 924. *Τριτωνίς* apud Apoll. Rhod. 1, 109:

αὐτή μιν (Τίφυν) Τριτωνὶς ἀριστήων ἐς ὅμιλον
ὦρσε Ἀθηναίη.

Τριτογενής Hym. Hom. 28, 4; Her. 7, 141; Arist. Equ. 1189; *Τριτωνίαν* formam affert MUELLERUS Orchomenos p. 213; 355.

Diverse quoque id nomen interpretati sunt. G. HERMANNUS Opusc. 7, p. 276 interpretatur sic: „nunc Atheniensibus maxima dea erat Minerva, Pelasgis Jupiter et Juno. Neutri alterorum deos sprevere, sed quae erat etiam peregrinorum deorum reverentia, maluere propitios quam inimicos habere. Itaque Minerva, quae non generata ab illis tertia iuxta eos magna dea adstaret, dicta est *Τριτογένεια*."

Hoc mihi magis pulcre quam vere dictum videtur, quod quidem ad Minervam pertinet. Similitudinem cum *Τριτογένεια* habet nomen *Τριτόμηνις*, inde desumptum quod tertio die lunae crescentis luna primum adparet, tertio senescentis exstinguitur; quo die ut verisimile est utraque Panathenaea celebrabantur. Tzetzes in Lycophronem 519 dicit: *Τριγέννητος ἡ Ἀθηνᾶ μυθικῶς ὅτι ἐν τῷ Τρίτωνι ποταμῷ Λιβύης ἐγενήθη*, quam interpretationem in tantum retineamus ut dicamus Minervam ita appellatam esse, quod ad Tritones id est fluvios nasceretur et educaretur. Eodem modo Venus a Cypro *Κυπρογένεια* vocatur i. e. loca pristini cultus saepissime diis nomina dederunt. Pristina vestigia Minervae Tritoniae igitur invenimus in Boeotia ad Alalcomenas, ubi Triton flumen in paludem Copaicam effundebatur. His locis quoque veteres Athenas et Eleusinem sitas memoratur a Strabone 9, 407 *ὁ μεταλεύτης Κράτης* (totus locus valde corruptus, sequimur KRAMERUM) *ἀνὴρ Χαλκιδεύς, ἀνακαθαίρειν τὰ ἐμφράγματα ἐπαύσατο, στασιασάντων τῶν Βοιωτῶν* .... *ἐν οἷς οἱ μὲν τὸν Ὀρχομενὸν οἰκεῖσθαι τὸν ἀρχαῖον ὑπελάμβανον, οἱ δ' Ἐλευσῖνα καὶ Ἀθήνας παρὰ τὸν Τρίτωνα ποταμόν· λέγεται καὶ κατὰ Κέκροπα, ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε, καλουμένης τότε Ὠγυγίας* . . . . . Minervae ad Tritonem Boeoticum natae et educatae testimonium habemus apud Pausaniam 9, 33, 5 *ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα οὐ μέγας χείμαρρος· ὀνομάζουσι δὲ Τρίτωνα αὐτόν, ὅτε τὴν Ἀθηνᾶν τραφῆναι παρὰ ποταμῷ Τρίτωνι ἔχει λόγος ὡς δὴ τοῦτον τὸν Τρίτωνα ὄντα καὶ οὐχὶ τὸν Λιβύων, ὅς ἐς τὴν πρὸς Λιβύης θάλασσαν ἐκδίδωσιν ἐκ τῆς Τριτωνίδος λίμνης.* Huic quidem concinnum non est quod dixi „natae"; sed ubi edu-

cata est, ibi quoque nata fuerit. Affert Pausanias et eum qui Minervam educarit 9, 33, 4 *Ἀλαλκομεναὶ δὲ κώμη μέν ἐστιν ..., γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα οἱ μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομενέως ἀνδρὸς αὐτόχθονος, ὑπὸ τούτου δὲ Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν.* Natam quoque Minervam esse ad Alalcomenas testatur Strabo 9, 413 *ἔχει δ' (πόλις Ἀλαλκομενῶν) ἀρχαῖον ἱερὸν Ἀθηνᾶς σφόδρα τιμώμενον, καὶ φασί γε τὴν θεὸν γεγενῆσθαι ἐνθάδε καθάπερ καὶ τὴν Ἥραν ἐν Ἄργει καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητήν, ὡς ἀπὸ πατρίδων τούτων, ἀμφοτέρας οὕτως ὀνομάσαι.*

Duo alia nomina Minervae inveniuntur Tritoniae simillima, quare O. MUELLERUS iudicavit easdem esse ac Tritoniam, hae sunt Tithrone et Tritaea. Loci sunt apud Pausaniam 1, 31, 2 *Φλυεῦσι δέ εἰσι καὶ Μυῤῥινουσίοις, τοῖς μὲν Ἀπόλλωνος .... ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος Ἀνησιδώρας καὶ Διὸς Κτησίου καὶ Τιθρωνῆς Ἀθηνᾶς καὶ Κόρης Πρωτογόνης καὶ Σεμνῶν ὀνομαζομένων θεῶν* et 7, 22, 5 ubi de Tritaea urbe Arcadiae narratur: *Τριτείας δὲ οἰκιστὴν οἱ μὲν Κελβίδαν γενέσθαι λέγουσιν, ἀφικόμενον δὲ ἐκ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικοῖς· οἱ δὲ ὡς Ἄρης συγγένοιτο Τριτείᾳ θυγατρὶ Τρίτωνος· ἱερᾶσθαι δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν παρθένον. Μελάνιππον δὲ παῖδα Ἄρεως καὶ Τριτείας οἰκίσαι τε ὡς ηὐξήθη τὴν πόλιν, καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς ..... θύειν δὲ οἱ ἐνταῦθα καὶ Ἄρει καὶ τῇ Τριτείᾳ νομίζουσιν.*

Porro Minervam Tritoniam invenimus apud Pheneatas Arcadiae, est locus Pausaniae 8, 14, 4 *ἐνταῦθα ἐν τῇ ἀκροπόλει ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Τριτωνίας, ἐρείπια δὲ ἐλείπετο αὐτοῦ μόνα. καὶ Ποσειδῶν χαλκοῦς ἕστηκεν ἐπωνυμίαν Ἵππιος. ἀναθεῖναι δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ποσειδῶνος Ὀδυσσέα ἔφασαν.* Tum Alipheris, urbe Arcadica, in finibus Elidis sita de qua narrat Polybius 4, 78: *ἔχει δὲ (Ἀλίφειρα) ἄκραν ἐν αὐτῇ τῇ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος λόφου καὶ χαλκοῦν Ἀθηνᾶς ἀνδριάντα κάλλει καὶ μεγέθει διαφέροντα.* In hoc loco erat fluvius Triton, unde verisimile est, hanc Minervam quam Alipheris venerabantur quamque fortasse illa quoque statua repraesentabat, Tritoniam fuisse. Eadem Tritonia etiam colebatur in terra Troica, ut legimus apud Appollodorum 3, 12, 3: *Ἶλος ταύτην μὲν Ἴλιον ἐκάλεσε τῷ δὲ Διὶ σημεῖον εὐξάμενος αὐτῷ τι φανῆναι, μεθ' ἡμέραν τὸ διιπετὲς παλλάδιον πρὸ τῆς σκηνῆς κείμενον ἐθεάσατο ... ἱστορία δὲ ἡ περὶ τοῦ Παλλαδίου τοιήδε φέρεται.*

φασὶ γενηθεῖσαν τὴν Ἀθηνᾶν παρὰ Τρίτωνι τρέφεσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν Παλλάς. De eodem Palladio Troico, quod Ulixes et Tydides rapuerant, dixit Vergilius in Aeneide 2, 171.

> Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris
> vix positum castris simulacrum arsere coruscae
> luminibus flammae arrectis. . .

Etiam tum quum Minerva e Iove nasci traditur id plerumque fit ad fluvios Tritones nominatos. Sic legimus apud Pausaniam 8, 26, 4: *Ἀλιφηρεῦσι δὲ τὸ μὲν ὄνομα τῇ πόλει γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδός, ἱερὰ δὲ Ἀσκληπιοῦ τέ ἐστι καὶ Ἀθηνᾶς, ἣν θεῶν σέβονται μάλιστα, γενέσθαι καὶ τραφῆναι παρὰ σφίσιν αὐτὴν λέγοντες· καὶ Διός τε ἱδρύσαντο Λεχεάτου βωμὸν ἅτε ἐνταῦθα τὴν Ἀθηνᾶν τεκόντος, καὶ κρήνην καλοῦσι Τριτωνίδα, τὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ Τρίτωνι οἰκειούμενοι λόγον.* Apud Diodorum Siculum 5, 72, 3: *μυθολογοῦσι δε καὶ τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ Κρήτην ἐκ Διὸς ἐν ταῖς πηγαῖς τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ γεννηθῆναι· διὸ καὶ Τριτογένειαν ὀνομασθῆναι.* Magnam difficultatem habet Minerva *Τριτογένεια* quum nascitur e capite Iovis. Quantum scimus dixit id primus et solus Hesiodus in Theog. 886:

> *Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν*
> *πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων*
> *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἤμελλε θεὸν γλαυκῶπιν Ἀθήνην*
> *τέξεσθαι*

pergit 924:

> *αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα Τριτογένειαν*
> *δεινήν, ἐγρεκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,*
> *πότνιαν, ᾗ κέλαδοί τε ἅδον πόλεμοί τε μάχαι τε.*

Operam suam navavit quum Minerva e Iove nasceretur, secundum Pindarum Olymp. 7, 35 Vulcanus secundum Appollod. 1, 46 Prometheus, alii Palaemonem alii Mercurium nominant. Vestigia e capite Iovis natae Minervae Eustathius ad Hom. p. 217 locum Iliad. 5, 879 invenit:

> *ταύτην δ' οὔτε ἔπει προτιβάλλεαι οὔτε τι ἔργῳ*
> *ἀλλ' ἀνίῃ τ' ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ' ἀΐδηλον.*

Ceteris locis Iliadis et Odysseae Minerva filia tantum Iovis nominatur fere sic Il. 4, 514

> *. . . αὐτὰρ Ἀχαιούς*
> *ὦρσε Διὸς θυγάτηρ κυδίστη Τριτογένεια*

aut Odyss. 3, 377;

οὐ μὲν γάρ τις ὅδ' ἄλλος Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων
ἀλλὰ Διὸς θυγάτηρ κυδίστη τριστογένεια.

Scholiastes ad Apoll. Rhod. 4, 1310 narrat primum dixisse Stesichorum Minervam armatam e capite prosiluisse. Cum hac Minerva e capite Jovis nata comparari potest ea, quae apud Euripidem quasi imbribus natum fulmen est, locus est Troad. 78 quo Minerva dicit:

καὶ Ζεὺς μὲν ὄμβρον καὶ χάλαζαν ἄσπετον
πέμψει γνοφώδη τ' αἰθέρος φυσήματα
ἐμοὶ δὲ δώσειν φησὶ πῦρ κεραύνιον.

Simile quid legitur apud Aeschylum Eum. 817.

Si etiam ad philosophos respicimus, laudari potest Heraclitus, qui philosophatur stellas vel corpora lucentia ex aquis alimenta ducere. Conferimus cum hoc, quod O. MUELLERUS dicit in „Pallas Athene §. 61": die Festgebräuche und Localmythen in ihrem Zusammenhange mit der Natur der einzelnen Landschaften und den Jahreszeiten ruhen offenbar auf einer vorherrschend physischen Grundlage, während die später herrschend gewordene Vorstellung ausschliesslich geistig intellectuell ist, und sich auf das sociale insbesondere auf das politische und kriegerische Leben bezieht; et quod dicit PRELLERUS Mythol. Graec. pag. 128: Zeus vermählt sich mit Metis, einer Tochter des Okeanus, welche als solche die Gabe der Verwandlung besitzt. Sie ist mit einem Worte der Geist, welcher über den Wassern schwebt, vom Himmel emporgehoben, dessen Bauch füllt und endlich als dichtes Gewölk unter Stürmen und Blitzen die Göttin des lichten klaren Himmels gebiert. Quod attinet ad Minervam Alalcomeneiden, eandem putamus esse ac Tritoniam, hoc tantum discrimine, ut sicut haec ab accolis Tritonis fluvii, sic illa ab incolis Alalcomenarum urbis nomen acceptum habeat.

Neque aliena ab hac Minerva Tritonia vel Alalcomenide mihi videtur, illa, quam vocant Oncam. Habet id nomen desumptum ab Ogyge, quae, ut PRELLERUS existimat, forma est mutata ex Oceano. Qua de Minerva Onca legimus apud Pausaniam 9, 33, 4: *οἱ δὲ εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν.* Ad quod Tzetzen in Lycophr. 1206 adiungimus: *Ὤγυγος ἀρχαῖος βασιλεὺς Θηβῶν, ἀφ' οὗ καὶ Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις. Ἐκ τούτου δὲ καὶ πᾶν τὸ ἀρ-*

χαῖον ὠγύγιόν φασι, διὰ τὸ πολὺ αὐτὸν γενέσθαι ἀρχαιότατον. Ὁ δὲ Ὤγυγος υἱὸς ἦν Ποσειδῶνος καὶ Ἀλίστρας. Λύκος δὲ ἐν τῷ περὶ Θηβῶν ἱστορεῖ· „μετὰ τὰ κατὰ τὸν Δευκαλίωνα Ζεὺς μιγεὶς Ἰοδάμᾳ, τῇ Ἰτώνου, τοῦ Ἀμφικτύονος γεννᾷ Θήβην, ἣν δίδωσιν Ὠγύγῳ, ἀφ' οὗ Ὠγυγίη ἡ Θήβη". Ἄλλος δὲ πάλιν ἱστορικὸς γράφει „Ζεὺς Θήβῃ μιγεὶς Αἴγυπτον γεννᾷ, οὗ θυγάτηρ Κάρχη, ἀφ' ὧν ἥτε τῆς Αἰγύπτου πόλις Θήβη ἐκλήθη, καὶ ἡ Καρχηδὼν νῆσος. Καὶ ὁ Ὤγυγος Θηβῶν Αἰγυπτίων ἦν βασιλεὺς ὅθεν ὁ Κάδμος ὑπῆρχε, ὃς ἐλθὼν ἐν Ἑλλάδι τὰς ἑπταπύλους ἔκτισε, καὶ Ὠγυγίας πύλας ἐκάλεσε. Et Pausaniam 9, 12, 2 ἐνταῦθά ἐστι μὲν ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸς καὶ ἄγαλμα (Ἀθηνᾶς) ἀναθεῖναι δὲ αὐτὸ Κάδμον λέγουσι, τοῖς μὲν οὖν νομίζουσιν ἐς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα Αἰγύπτιον καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα, ἔστιν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Ὄγγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. Ubi hoc templum situm fuerit comperimus ex Aeschyli Septem ad Theb. 482:

πρῶτον μὲν Ὄγκα Παλλάς, ἥτ' ἀγχίπτολις
πύλαισι γείτων, ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ' ὕβριν
εἴρξει;

et 149:

σύ τε, μάκαιρ' ἄνασσ' Ὄγκα ὑπὲρ πόλεως
ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιρρόου.

Tum in Iliade 2, 505 legimus

οἵ θ' Ὑποθήβας εἶχον ἐυκτίμενον πτολίεθρον
Ὀγχηστόν θ' ἱερόν, Ποσιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος.

Ex hymno in Appollinem ludi Neptunii in Onchesto oppido noti sunt. Confer ad haec BOECKII C. I. 48 p. 77; STEPH. s. v. Nonnulli nomina Ὀγχηστός Ὄγκος interpretati sunt de leviter edito monte; apud Heraclidem Ponticum et Sextum Empiricum philosophos significat elementum (Urkörper); apud Athenaeum 14, p. 624 D coniuncta sunt τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες; apud alios significat late extensum, tumefactum. Tantum igitur mihi concludi posse ex his locis allatis videtur, Minervam Oncam talem esse, quae ad Neptunum referenda sit.

Iam venio ad id, de quo tertio loco dicendum mihi proposueram, de Minerva relata ad aquam universam. Signa aquatica, quae Minerva habere solet, sunt: equus propter Neptunum; Tritonis femina in piscem desinens quae et in casside et in basi statuae Minervae locum habet; mergus apud Pausaniam 1, 41, 6: *ἐκ τούτου δὲ τοῦ ἱεροῦ κατιοῦσι Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον· καὶ ὅτε μὲν ἐτάφη Πανδίων ἐν Αἰθυίας Ἀθηνᾶς καλουμένῳ σκοπέλῳ, δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι*; et 1, 5, 3 *καὶ οἱ πρὸς θαλάσσῃ μνῆμά ἐστιν ἐν τῇ Μεγαρίδι ἐν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ.* Hesychius s. v. *Ἐναρθυία* (quod tamen mutandum est in *ἐν δ' αἰθυίᾳ*) narrat Minervam in mergum mutatam, Cecropem sub alis suis conditum in Megaridem transtulisse. Nomen *Αἰθυῖα* usurpatur etiam de dea Leucothea, quum in Odyssea Ulixi consilia dat, quomodo de mari et de procellis effugiat, est locus 5, 336 *ἡ (Ἰνῶ) ῥ' Ὀδυσῆ' ἐλέησεν ἀλώμενον, ἄλγε' ἔχοντα αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσετο λίμνης* et 351 *αἰθυίῃ εἰκυῖα μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν.* TZETZES in Lycophr. 359 dicit: *Αἴθυια δὲ ὅτι καὶ πλοῖα ἡ φρόνησις κατεσκεύασε καὶ δίκην αἰθυίας ἐδίδαξε τοὺς ἀνθρώπους, ναυτίλλεσθαι ἐπ' αὐτῶν διαπεραιουμένους τὴν θάλασσαν. Αἴθυια δέ ἐστιν ὄρνεον θαλάσσιον ἀφρὸν ἀφρῷ ἁλισκόμενον.*

Simili modo referendum est ad mare Nedusiae nomen. Nedon erat locus in finibus Laconiae et Messeniae, ubi erat templum Minervae a Nestore constitutum, (conf. RUECKERT, Athenadienst 145). Minerva ibidem templum habebat ut legimus apud Strabonem 8, 360 *ἔχει δὲ ἱερὸν ἐπισημαντῆς Ἀθηνᾶς Νεδουσίας. καὶ ἐν Ποιαέσσῃ δ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς Νεδουσίας ἱερὸν ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νέδοντος.*

Etiam lavationes Palladis non praetermittendae sunt quae etiamsi in aliis deabus usitatae erant, tamen in Pallade maiorem vim habebant. Quod enim ad ceteros deos deasque attinet, haec lavacra nihil aliud quam annuae purgationes simulacrorum esse mihi videntur; quod tamen pertinet ad Minervam cuius lavacrum mediis aestatis caloribus, quo tempore maxime rores cadere solent, fiebat, mihi quasi significatio terrae rore refectae esse videtur; praeterea hoc factum prae se ferebat precationem Minervae ut nimios calores mitigaret. Exercebantur in fluvio Tritone ad Alalcomenas Boeotiae, teste Apollodoro 3, 6, 7 *ἦν δὲ παρὰ Θηβαίοις μάντις Τειρεσίας Εὐήρους καὶ Χαρικλοῦς νύμφης . . . ἄλλο-*

μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπὸ θεῶν φασι τυφλωθῆναι, ὅτι σοῖς ἀνθρώποις, ἃ κρύπτειν ἤθελον ἐμήνυε, Φερεκύδης δὲ ὑπὸ Ἀθηνᾶς αὐτὸν τυφλωθῆναι· οὖσαν γὰρ τὴν Χαρικλὼ προςφιλῆ τῇ Ἀθηνᾷ (deest aliquid) γυμνὴν ἐπὶ πάντα ἰδεῖν, την δὲ ταῖς χερσὶν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καταλαβομένην πηρὸν ποιῆσαι. Tum in Inacho Argolico ad quod se refert locus Callimachi Lav. Pall. 1 ὅσσαι λωτροχόοι τῆς Παλλάδος ἔξιτε πᾶσαι. In Ilio ab Lutridibus et Plyntridibus, Athenis ab Ergatidis habebantur. Memoratur etiam a Pausania simile aliquid de Elatea in Phocide 10, 34, 4 Ἐλατείας δὲ ὅσον σταδίους εἴκοσιν ἀφέστηκεν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κραναίας, ἱερὸν .... ἱεροῦται (ὁ παῖς) δὲ ἔτη συνεχῆ πέντε, ἐν οἷς τήν τε ἄλλην δίαιταν ἔχει παρὰ τῇ θεῷ καὶ λουτρὰ αἵ ἀσάμινθοι κατὰ τρόπον εἰσὶν αὐτῷ τὸν ἀρχαῖον. Pertinere ad hoc quoque virgines arrhephori de quibus Pausanias 1, 27, 4 loquitur et agraulides Aglaurus Pandrosis et Herse videntur, inter quas hoc tantum discrimen sit, ut hae veteres, illae posteriores Minervae Poliadis famulae sint.

Nec seiungi ab hac Minerva quae pertinet ad aquam universam bene potest, quum Minerva Erganen cognomentum habens curat quoque res navales. Ut in omnibus artificiis sic maxime praeses et artifex est navium aedificandarum. Si ad universam naturam Minervae Erganes respicimus, curat ea omnes res, quae cum arte scienterque exiguntur; itaque fit ut etiam equus Troianus consilio Minervae fabricatus sit. In Iliade 15, 70 legimus:

εἰσόκ' Ἀχαιοὶ
Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν Ἀθηναίης διὰ βουλάς.

in Odyssea Ulixes in contione Phaeacum Alcinoum exhortatur ut cantet:

ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐ ποίησεν σὺν Ἀθήνῃ
ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλῳ ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς.

Minerva arti navium aedificandarum praeest in Iliade 5, 59:

Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος υἱόν
Ἁρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη·
ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐίσας.

Liceat hic inserere monumentum, quod Emil. Braunus in Mythologia sua paragr. 451 describit: so schildert ein schönes

Relief aus gebrannter Erde in der Villa Albani die Erfindung der Schifffahrt, welche der Mythus der Athene zuweist. Hier sehen wir einen in der Führung der Axt und des Meissels geübten Mann mit der Fügung der Balken zum Ziel beschäftigt. Athene dagegen hat seitabwärts Platz genommen und ist im Begriff an eine Maststange das Segeltuch zu befestigen, durch welches die Winde, welche sonst das schwankende Fahrzeug in die Irre umhertrieben, dem kundigen Seemanne dienstbar gemacht werden. Num sequens locus apud Apollon. Rhod. 1, 955 ad hanc Minervam referendus sit, ambigo; locus est:

κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἐκλύσαντες
Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο
κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ· ἕτερον δ' ἕλον, ὅστις ἀρήρει
βριθύν· ἀτὰρ κεῖνόν γε θεοπροπίαις Ἑκάτοιο
Νηλεῗδαι μετόπισθεν Ἰάονες ἱδρύσαντο
ἱερόν ᾗ θέμις ἦεν, Ἰησονίης ἐν Ἀθήνης.

postremus versus quoque legitur *Ἰασονίης ἐν* (templo) *Ἀθήνης* quod fortasse aptius est. Nemo diligentior praeterea in Minerva colenda fuit quam Ulixes; is quasi imago nautae, omnes labores et procellas maris divino auxilio demum superantis, multa templa constituit a suis Alalcomenis Ithacis incipiens usque ad Circeios. Simili modo dubito utrum Minerva *Προμάχορμα* quae vocatur dea portuum sit annon; locus est apud Paus. 2, 34, 8: *ἐν Βουπόρθμῳ δὲ πεποίηται μὲν ἱερὸν Δήμητρος καὶ τῆς παιδός, πεποίηται δὲ Ἀθηνᾶς· ἐπίκλησιν δέ ἐστιν τῇ θεῷ Προμάχορμα.* In hoc loco promachi nomen affixum habet *ὅρμα* quod derivari potest ab *ὁρμή* (*ὄρνυμι*) aut ab *ὅρμος* (*εἴρω*) aut fortasse *ὁρμή* et *ὅρμος* ab *ὄρνυμι* derivanda sunt; mihi quidem haec maxime probatur interpretatio ut promachormam patronam portuum nominem. Pausanias enim magis infra narrat hoc templum Minervae in promontorio fuisse. Cum hac interpretatione congruit quod Palladia navalia memorantur apud Schol. Arist. Acharnae 532, Schol. Il. 6, 311, Palladia enim antiquiori tempore mihi paene idem fuisse videntur, quod postea Athena Promachos fuit.

Nunc paucis verbis repetemus, quae usque ad id protulimus.

Invenimus primo Minervam et Neptunum, qui primo aspectu non dei natura sua cohaerentes esse videntur, id

principio fuisse ac postea demum invicem ab se alienatos esse. Neptunum praeterea quem Herodotus 2, 50 vult deum Libycum esse, qua in re equidem valde propensus sum Herodoto credere, quum nos tot saecula post viventes id tam accurate discernere nequeamus, ante ceteros deos dominantem deum apud Minyes Boeotios Iones fuisse puto. Huic rei documento mihi videtur, quod ut in mythis narratur cum ceteris deis nunc de possessione terrae contendit, nunc ab iis depellitur. Ita cum Iove de Aegina contendit secundum Plutarchi Sympos. 9, 6; Appollini Delphos concedere cogitur; Dionyso Naxum, Helio Corinthum, Iunoni Argos concedit. Cognoscitur id ex illo certamine, quod secundum Iliadem 1, 400 Neptunus et Iuno et Pallas ut alii volunt Apollo contra Iovem certaverunt. In iis locis ex quibus Neptunus non omnino cedere cogitur habet cultum cum novis diis qui vel quae assumebantur coniunctum, ut Athenis cum Minerva. Coniunctus cum Gaea prima quoque oracula Delphis edidit, Pausanias 10, 5, 3. Quam arcte porro Neptunus et Minerva natura cohaereant, vidimus in Minerva et Neptuno Hippiis. Homines deis cognomenta tribuere solent vel propter utilitatem quam ab iis accipiant vel ab damnis quae metuant vel ut eos ipsorum vita ac natura cogit deos appellare. Sic Neptunum et cum hoc Minervam praeter ceteros Hippiam appellatam esse declarat antiquo tempore arctius cum eo coniunctam fuisse. Equum quem Neptunus progenuit, signum agonum pristinorum, oleam quam Minerva, signum pacatorum iam hominum et ad genus vitae magis cultum iam pervenientium.

Postea autem Athenienses amaverunt Minervam suam propriam deam appellare, Neptuno neglecto. Artem equos regendi maxime propriam Minervae fuisse declarant certamina, quae bello Troiano ascendens in currum suosque heroas protegens gessit, tum cognomen Hippolaïtis. Repeto quod iam supra dixi, si quis haec omnia quod antiquissimis temporibus magis cultus sit quam Iupiter et ceteris quoque diis praevaluerit, in Neptunum conferenda non putet, substituat alium deum aquarum ut Oceanum; id tamen teneam, omnes deos ab altitudine sua magis ad infimum terrae marisque deprimendos esse, postea demum cum oculi et animi et cogitationes hominum ipsi erigerentur, tum quoque deos

magis in altitudine collocatos esse. Ita fieri, ut pristinus Iupiter et Neptunus et Pluto ita paululum differant, ut vel unus atque idem sint. Ad hoc pertinent quoque amores Neptuni et Aethrae quod mihi aliud fere nomen pro Athena videtur, quaeque Troezene idem erat atque Athena Athenis. Aethra quoque multifariam cum familia Neptuni connexa est; sunt enim duae, quarum una Oceani filia, cum Atlante duodecim Hyadas et Hyantem genuit, altera amata a Neptuno et Aegeo Thesei mater fuit.

Secundo loco loquebamur de Minerva Tritogeneia, quae interpretantibus magnam difficultatem exhibuit. Reiecimus derivationem *Τριτώ* e capite nata, quam tamen Theodorus Bergk restituere vult. Confirmat enim (Neue Jahrb. f. Phil. u. Pädag. von Fleckeisen. Bd. LXXXI. 1860. Heft 5) inveniri hoc nomen hac significatione quattuor in dialectis, sed addidit pagina 306 mythum, qui Minervam e fluvio Tritone nasci faciat, antiquiorem esse quam illum, qui e capite Iovis. Porro dicit hunc fluvium Tritonem ultra terras in regno deorum, in illo monte, quem vocant montem deorum, quaeri debere; immo pag. 309 dicit, Oceanum initio aërem fuisse, qui terram circumfluat, *ὠκεανός*, ab *αὐγή* et *ἕανος*, esse eum qui candore circumdatus sit. Sed huic interpretationi Tritonis Oceanique non assentiamur. Inveniuntur enim decem fere fluvii vel paludes Tritones nominati, praeterea nonnulla loca. Quamquam igitur longius in interpretatione progredi non licet, tantum tamen pro certo putem, Tritogeniam antiquissimum cognomentum esse, idque apud Boeotios idem significasse atque Minervam. Quadrat hoc cum usu apud Graecos qui erat filium patronymico nomine nuncupare, quippe quod honorem adderet.

Atque quum hic quasi de assignando loco atque de interpretanda natura Minervae agatur, non abs re erit videre qualem viri docti et Graecorum et nostratium eam interpretati sint. Homerus saepissime appellat *Διὸς θυγάτηρ*. Hesiodus in Theog. filiam Iovis ex Metide ante devorata appellat. Nescio cur Hesiodus Metidem interposuerit, fortasse id explicatur miro odio Hesiodi in feminas et asperitatibus quas multas in vita perpessus est. In Hymno Hom. 28 armata prosilit e capite Jovis. In Hymno Orph. 32 filia Jovis unica. Pindarus dicit, nascente Minerva totam rerum naturam commotam esse, Olympia 7, 35:

ἀνίχ' Ἁφαίστου τέχναισιν
χαλκελάτῳ πελέκει
πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν
ἀνορούσαισ' ἀλάλαξεν ὑπερμάκει βοᾷ
Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ.

Aeschylus Eum. 813 dicit Minervam habere fulmen:

καὶ κλῇδας οἶδα δώματος μόνη θεῶν,
ἐν ᾧ κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος.

Locus Euripidis Troad. 80 huic Aeschyli similis ac iam supra allatus est. Aristotelis opinionem nobis tradidit Arnobius adv. Gent. 2, 13 p. 149. Aristoteles, ut Granius memorat, vir ingenio praepollens atque in doctrina praecipuus, Minervam esse lunam probabilibus argumentis explicat et literata auctoritate demonstrat. Cicero de Nat. Deor. 3, 23 ut antiquarius quinque Minervas enumerat, ad quas si vellet duas aut tres addere poterat.

Creuzerus in Symb. p. 760 igneam bellicosam filiam Metidis appellat. Prelleri interpretatio in Myth. eius pag. 128 scripta iam supra laudata est; est enim filia aetherea e nubibus fulmine diruptis nata. Welckerus in Myth. sua p. 298 scripsit: Die Griechen hatten die Vorstellung von einem Elemente des Lichts und der Wärme über dem Luftkreis und unabhängig von der Sonne, aus der alten Heimath mitgebracht, et pag. 299: die untere bewegte wehende Luft heisst ἀήρ von ἄῆναι; die höhere feurige heitere αἰθήρ von αἴθειν brennen, Feuer wie bei Anaxagoras erklärte. Diese uralte und so fest gewurzelte Naturanschauung ist in der Göttinn und dem Namen Ἀθήνη ausgeprägt, αἰθ wie in αἰθήρ Αἰθαλίδαι, die Endung ηνη, die ausser in Städtenamen nicht häufig ist σελήνη τιθήνη. Otto: Pallas Athene, Nordhausen 1858, explicat lumen nocturnum a septentrionibus oriens, quod praeterea quod nimis novum est etiam ea de causa probari non potest, quod Graeci et Indi in suis terris id rarissime viderint. Opus est enim ad recte explicandos mythos animo religionis pleno, et studiis maximis et ingenio a diis alto. Optime id dixisse mihi videtur Welckerus p. VI: Die griechischen Mythen, empfangen in der begabtesten Kinderseele, wie an spielender Hand erzogen von mächtigen Geistern, reich ausgestattet oder vielfach entstellt im Durchgang durch die Geschlechter der Menschen, sind schwerer

als selbst die Werke der griechischen Poesie und Kunst in ihrer wahren Natur und in ihren Umwandlungen aufzufassen. GERHARDUS in Mythologia sua §. 253 dat Minervae duplicem naturam eamque sic describit: einerseits nämlich wird sie im Sinne der Hellotis Ergane und Polias als eine Licht und Leben schaffende, mütterlich webende Werkmeisterin alles von Anfang der Dinge her Erschaffenen mit aller nähr- und heilkräftigen Fülle ätherischen Lichtes und solarischer Wärme gedacht; andererseits aber als tritonische Jungfrau, als die durch Blitz und Donnergewölk gebietende Siegerin der, wie der nächtliche Dunstkreis des Mondes samt Wind und Gewässer, so auch der wolkenlos reine Aether gehorcht, seit sie im Anfang der Dinge, blitzend in voller Rüstung, dem Haupte des Zeus entsprang. Omnes hae interpretationes collocant Minervam vel in aëre vel in aethere. Etsi igitur concedendum est, vapores qui e mari sursum feruntur, et nubes et fulmina et iterum caelum caesium in aliquid effecisse, ut homines, imaginem illam Minervae haberent, tamen ab his revertendum est confugiendumque ad interiorem mentem hominis, quae si illas opiniones de diis non innatas haberet, non videret extra se propositas.

Tertio loco Minervam cognovimus deam rei navalis. Hanc partem non primariam habuit, sed postquam res navales Graecorum creverunt, navium exstructionem et protectionem in Minervam Erganen praesidem omnium rerum arte factarum delatam esse puto. Signum tamen mergi quem Minerva habet et *φήνη*, aquilae genus, perantiqua esse mihi videntur. Habebant enim prisci homines maiorem usum in observandis animalibus quippe qui magis quam nos commixti cum iis viverent. Documento sunt auspicia et haruspicia et alii modi oraculorum ex animalibus capiendorum. Atque quod ad nostram rem pertinet, BOETTICHERUS vult antiquissima oracula non illa Gaeae fuisse, sed auspicia quae illis aquilis Jovis indicentur; WIESELER tamen non consentit cum hac opinione. Nec sine magno momento esse mihi videtur, quod Minervae deae lavacra habebantur; accedit, quod Herculi ipsa in lavando praesto est. Legimus enim apud Eust. ad Hom. Iliad. p. 116 *οἱ δέ φασιν ὅτι τῷ Ἡρακλεῖ μογήσαντι ἡ Ἀθηνᾶ θερμὰ λουτρὰ ἐπαφῆκεν· ὥς Πείσανδρος:*

„τῷ δ' ἐν Θερμοπύλῃσιν θεὰ Γλαυκῶπις Ἀθήνη
ποίει θερμὰ λοετρὰ παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

Quod hic maxime Glaucopis nominatur, nos ducit in alium deum marinum, cuius nomen huic simillimum est, dicimus Glaucum. Etym. Magn. habet s. v. *γλαυκὸς λευκὸς κυανὸς γάλακτι ἐοικὼς τὴν σάρκα καὶ τὰ ὄμματα.* Idem habet aliam narrationem s. v. *ἐσχατιῶτις*. Inde denominatum hunc locum esse, quod Thessali, qui cum Eumolpo Athenas aggressuri essent, in eo lavati, mortui essent atque ita hac lavatione usi essent ultima, vel ab Eschatiotide Neptuni filia; postea autem hunc locum Gorgopida nominatum esse a Gorgone Megareos filia. Quod porro ad Glaucum pertinet, invenimus apud Paus. 2, 3, 5 in Corintho urbe templum Minervae Chalinitidis haud procul a fonte saliente Glauci afuisse, tum ERNESTUS VINET in „Annali del Inst. 1843, p. 176" probare vult, Minervam hanc denominationem Glaucopida a Glauco Anthedonio, qui cum illa Boeotiam praecipuam patriam habuerit, accepisse. Quod ad Gorgonem, Euripides in Erechth. fragm. 1, 50 dicit:

οὐδ' ἂν τελείας χρυσέας τε Γοργόνος
τρίαιναν, ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος, οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστρέψει λεώς.

Hoc loco non multum aut nihil interesse videtur inter Minervam et Gorgonem. Quum enim Minerva in mythis ad deos fere omnes referatur, fieri non potuit quin propria eius natura saepissime obscuraretur ipsaque cum diis affinibus confunderetur. Praeterea quum priscis temporibus singuli dei vel deae concordes alius iuxta alium habitarent exiguaque terrae parte contenti essent, postea unus vel alter ex iis praevaluit cultumque ceterorum vel obscuravit vel ad suum assumsit. Inde orta est mira confusio inter eos qui longo intervallo post hisce rebus dilucidandis operam navarunt.

Sed antequam finem imponimus opusculo, monumenta afferre liceat, quae supra expositis documento firmamentoque esse nobis videntur.

1. Neptunus thynnum manu tenens adstat quum Minerva e Jove nascitur. Erat tabula picta in templo Dianae Alpheoniae in Pisatide, teste Athenaeo 8, p. 346.

2. Neptunus et Venus adsunt quum Minerva nascitur. Anaglyphum erat in templo Minervae Chalcioeci Spartae. Pausanias 3, 17, 3.

3. Lectis terniodeorum bello Punico secundo Romae facto Neptunus et Minerva in eodem pulvinari adiacebant. Livius 22, 10.

4. Hercules a Minerva deductus ad Neptunum, siquidem res quam hic laeva manu tenet, tridens est. Exstare alia vasa et *οἰνοχόην* quam vocant, eandem rem probrantes, LENORMANT et DE WITTE in „mon. céram.“ suis confirmant. Eodem loco nostra est patera pl. 56.

5. Crater colore nigro cum figuris rubris. Erichthonius a Gaea Minervae defertur; adstant post Gaeam Vulcanus, post Minervam deus marinus humano corpore in serpentem desinente inductus. EM. BRAUNUS appellavit Nereum sed rectius fortasse explicas Tritonem esse. LENORMANT et DE WITTE, mon. céram. 85 A.

6. Vulcanus qui forcipis attributo agnoscitur, sustulit dextram manum ut monens. Eum suspicit dea, infra quam Erichthonius apparet usque ad medium corpus e terra emergens. In dextra parte ni fallor cuspides tridentis cernuntur (mus. Borb. 7.)

7. Tympanum templi *Παρθενών* nominati ad occidentem solem spectans continebat victoriam Minervae de Neptuno. Sequor O. MUELLERUM et WELCKERUM qui in eo consentiunt quod ambo victoriam Minervae adumbratam esse statuunt, hoc differunt quod hic sumit id momentum exponi, quo Minerva Neptuno victo ad suum currum se vertat Neptunus autem cum suis deis iratus adstet; ille explicat Minervam eo Neptunum vincere quod Erichthonium doceat equis Neptuniis iugum imponere.

8. Nummus aëneus Atheniensium. Minerva monstrat olivam quam creavit, alter esse Neptunus videtur. In summa oliva noctua cernitur, mediam et infimam serpens circumvolvit. O. MUELLERUS putat forte eandem rem hic proponi, quae illis imaginibus iunctis, quas commemorat Pausanias 1, 24, 3. Noster nummus est Millin 37, 127.

9. Minerva certans cum Neptuno de Athenis. Media inter eos oliva est, post Neptunum piscis. Est fibula argentea illustrata in „mus. Borbon. 7, 48.“

10. Minerva et Hades ad aram sedentes in quà ignis accensus est. Est gemma Florentina edita a „Wicar Collection de Florence 4, 3."

11. Duae gemmae caelatae quas vocant cameas demonstrant certamen idem Minervae cum Neptuno. Altera Parisiis (cabinet pl. 15) altera Neapoli (Tassie pl. 26, 1768) asservatur.

12. Peleus cum Thetide velata sedens recipit dona a Vulcano, deinde a Minerva cassidem et lanceam, a ceteris similia. Zoega Bassir. ant. 52. Minerva quoque apparet cum ceteris diis caelestibus quum Peleus dormientem Thetidem opprimit. WINCKELMANN mon. ined. 110.

13. Statua Minervae Tritoniae nominatae propter appositam Tritonidem. Est enim ad pedes Minervae figura cuius pars superior femina, inferior serpens est. A laeva Minervae parte assidet noctua. GERHARD, Antike Bilderwerke, Cent. 1. tab. 8. Similes aliae statuae inveniuntur sed non adiuncto Tritone ut puto.

14. Lychnuchus cum symbolis Minervae. In una parte Triton velum expansum tenet, in altera noctua, in tertia cassis est. Annali d. Inst. T. 2 tav. agg. E.

15. Minerva in casside caput equi habens, statua Villae Albani.

16. Bellerophon in Pegaso sedens pugnat adversus chimaeram, animal habens corpus leonis praeter caput; hoc duplex est serpentis et capri. Post eum cernitur Minerva et Jobata. TISCHBEIN 1, 1.

17. Nummus Corinthius argenteus, Pegasum in altera parte caput Minervae Chalinitidis in aversa habens. O. MUELLER, Denkm. ant. Kunst. 1. n. 66.

18. Argus navem aedificans. Ex parte altera est Minerva ei praecepta dans, iuxta Minervam Mercurius caduceum gestans. In museo Borgiano Veletris; Flangini Argonautica 2 frontispice.

19. Anaglyphum iam antea memoratum demonstrat Minervam praesidem artis navium aedificandarum. WINCKELMANN mon. ined. 1.

20. Minerva Promachus patrona rei navalis Romanorum. Stat Minerva Promachi habitu in media nave, ante eam noctua est. In aversa parte nummi argentei Domitiani apud Morell. Numi Imper. Domit. tb. 11 n. 20.

21. Minerva in prora navis stans habet Aegidem laeva manu extensam, ante eam serpens se erigit. In aversa parte nummi argentei Phaselidis, Eckhel Sylloge nummor. tb. 4 n. 11.

22. Minerva cum haedo. Wieseler cognoscere vult in ea re quae ante Minervam est ἄφλαστον quod vocant, ornamentum puppis, avem pro noctua habet. Equidem potius crediderim anatem vel anserem esse. Nummus argenteus apud Mionnet Déscription Supplém. T. 4. pl. 6. n. 3.

23. Minervae caput circumdatum a piscibus fontis Arethusae. Inscriptum est *AK.OΣIΩN*, et in casside Minervae *EKΓEIΔA* nomen artificis. Nummus argenteus Syracusarum, Museo Borbon. T. 1. pl. 56, 4.

24. Luna dimidiata in tetradrachmis Atticis 18. Duc de Luynes, Études numism. p. 94.

25. Nummi Thuriorum et Heracleae ostendunt Minervam cuius in summa casside Scylla femina in serpentem desinens affixa est. Nummi Heracleae ostendunt cassidem quam vocant Corinthiam, nummi Thuriorum habent in parte aversa taurum a piscibus circumdatum. Hos conspicias monum. d. Inst. T. 3. tv. 53 n. 4, 5, 6, 7, 9; illos n. 8, 10.

Iam iis documentis quae ad demonstrandam rem nostram conferre aliquid viderentur, quantum eorum ad nostram cognitionem pervenerit, collectis atque compositis, quum quaestionem difficillimam a nobis quidem non perfecte solutam esse sentiamus, eandem doctiorum hominum sagacitati solvendam derelinquimus, satis contenti, si forte ad removendas difficultates obstantes pro virili parte contribuerimus. Quae totius opusculi summa videtur eam ad finem liceat paucis verbis comprehendere.

1. Antequam ad Jovem relata est, Minerva cum diis marinis arcte cohaesit.

2. Minerva Tritonia quae vocatur habet omnino vim physicam quam etiam in monumentis artificum retinuit.

VITA SCRIPTORIS.

Ego Bernhardus Ferdinandus Doerdelmann Grummensis natus sum Idibus Sext. MDCCCXXX patre Guilelmo Doerdelmann praedii possessore, matre Elisabetha e gente Gremduevel caris mihi et adhuc superstitibus. Fidem profiteor catholicam. Usque ad annum aetatis XXI in agris colendis occupatum me animi propensio ad litterarum studia allexit. Gymnasium Paderbornense et Coloniense quinque per annos frequentavi; tum maturitatis testimonio instructus me contuli ad universitatem Bonensem ubi per annum scholis interfui. Postea in universitate Monacensi per annum et in Berolinensi per duos annos et semestre tempus commoratus exercitationibus archaeologicis philologicis et theodiscis operam navavi. Plurimum debeo professori illustrissimo Gerhardo; huic et ceteris de me bene meritis viris gratias quam maximas habeo et semper habebo.

THESES.

1. Signa Minervae Palladia quae vocantur antiquissimae eius deae imagines sunt.
2. Diversitates extraneas religionum ad diversos locos, quos homines incolunt, magna ex parte reducas.
3. In Sophoclis Electra 337 lego cum Dindorfio: *τοιαῦτα δ' ἄλλα καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν*, reicio scripturam *ἀλλὰ*.
4. Horatio oris libertas animique honestas defuisse videtur.
5. Pericles vituperandus est, quod Areopagi auctoritatem minuit.